

58
 avi paterni nascitur: omnes autem qui sunt ejusdem familiae subjecti sunt familiae principi, qui hic est filii patris; & qui est in potestate alterius alium in sua potestate habere non potest, l. sic evomit 21. ad l. Jul. de adult. & ita deinceps l. 5. ff. de his qui sui vel alieni sur.

Qui autem ex filia sua? Nati ex filia mea non in mea sed in patris sui potestate & familia sunt, l. cum legitima 19. de stat. hom. l. familia 196. §. 1. de verb. sign. Unde quia mulier familiam suam non propagat familiae suae At, inquit, cum nuptiis filiam non solvatur patris potestatis, §. 2. inf. de senat. Tertull. l. 2. §. 1. l. quoties 29. solut. matr. l. 1. §. ult. de injur. cum similibus: cur non etiam is qui ex filia mea nascitur esse in potestate mea sed in potestate patris sui? Respondeo id fieri & civili ratione, d. l. cum

legitima 19. & naturali sive potius juris gentium, argumento eorum que ante diximus de patre ejus qui caput est familiae. Adeoque patre elocando filiam haecdem juri suo cedere intelligitur, sicut & plerisque aliis in rebus de quibus alibi dicendi dabitur locus. Jure antiquo uxor que in manum viri convenerat vi aut coemptione, in familiam & potestatem viri transibat etatque ei filia loco & jura suorum heredum in familia nanciscebatur, matremque familias appellabant, cum alia uxores tantum essent & matronae dicerentur. Hoc igitur modo atque ritu si filiafamilias nupta in manum viri convenisset in totum solvebatur jure & potestate patris. Si quis est Antiquitatis studiosior is Horoman. adeat, qui quidquid ad accuratam hujus rei cognitionem pertinet ex Cic. in Topic. cap. 3. & Boet. ibid. Dionys. Halicarn. lib. ant. 2. p. 95. Gell. lib. 58. cap. 6. Ulpian. in fragm. tit. 9. diligenter coligit.

TITULUS X.

DE NUPTIIS.

D. lib. 3. tit. 2. C. lib. 5. tit. 4. Novell. 74.

For. legg. lib. 3. tit. 1. Part. 4. tit. 2. Recop. lib. 4. tit. 1.

Ratio ordinis & argumentum tituli.

ET si superiore titulo de nuptiis dici coeptum est ut primo & precipuo modo constituenda patris potestatis, tamen cum ex his qui ibi dicta sunt nonnulli interpanus que sint justae nuptiae ex quibus nati demum sunt in potestate patris, ideo ejus rei tractatio hoc loco subijcitur, doctetur ad justas nuptias que res exigantur, quae personae quibus matrimonio jungi non possint, qua poena afficiantur qui adversus praecpta legum coeunt. Ad extremum & alius constituenda patris potestatis modus explicatur, quem legitimam nunc vulgo appellamus.

TEXTUS.

Qui possunt nuptias contrahere.

Justas autem nuptias inter se cives Romani contrahunt qui secundum praecpta legum coeunt, masculi quidem puberes femina autem viri potentes, sive patres familiarum sint sive filii fa-

1 Quid in hoc argumento vocabulum justus significet.

2 De aetate cotinuum.

3 De eorum consensu.

4 De consensu parentum adhibendo.

5 Et quid de jure canonico.

6 Ratiobilitas patris an efficiat ut retro nuptiae abique consensu ejus contrahae legitima fiant.

1. **JURIS** Justi variae sunt pro adjuncto significatio. Hoc loco justum idem significat quod *res legitima*, legitimum; & justae dicitur nuptiae quae secundum jura civitatis Romanae inter puberes cives contrahuntur, eodem sensu quo justum matrimonium in l. un. unde vir & uxor. l. 13. de his quibus ut indigni. Sic justis liberi dicitur legitimi ad differentiam naturalium dumtaxat & vulgo quatorum, l. 5. §. pen. II. 1. 1. & 12. de stat. hom. justus pater ad differentiam naturalis, l. leg. Julia 44. §. 3. de rit. nupt. juxta uxor. l. uti tenentur 11. cod. quae leg. tima in l. 4. cod. In genere autem justae nuptiae habentur quae secundum eorum que populi instituta contrahuntur.

CIVES ROMANI Igitur cum servis, Latiniis, peregrinis, deportatis connubium non est, Ulpian. fragm. tit. 5. §. 4. l. 3. C. de inc. nupt. Cic. in Top. Atque hinc responsum est, si quis rogatus fuerit hereditatem restituere si sine liberis decessisset isque deportatus in insula liberis sustulisset, conditionem non defecisse, l. ex facto 17. §. ex facto 3. ad Sen. Treb.

2. **MASCVLI QUIDEM PUBERES** Romani ea demum aetate civibus suis matrimonia permittunt quae natura apta esse creditur ad generandum, maribus post annum decimum quartum quo tempore ipsam aetatem necessitate pubescere & vim generationis moveri incipere scribit Macrobius in somn. Scipion. lib. 1. c. 6. & Arist. 7. pol. 16. exurgere *res virorum* dicitur, feminis autem biennio maturius quia post annum duodecimum virum pati posse creduntur, l. 4. de rit. nupt. l. 10. de cond. & demonstr. cujus diversitatis si quis rationem quaerit adaeat Arist. 4. de gen. anim. c. 6. Macrobius 7. Saturna. 7. Ab hac autem determinatione legitime & matrimonio contrahendo idoneae aetatis longe recedit Plato qui 4. & 6. de legib. tricesimum annum masculis praescribit, longius etiam Arist. 7. polit. 16. qui eos demum coniungi vult circa annum 36. feminas autem anno 18. Juris Pontificii auctores pubertatem metiuntur ex potentia coeundi non ex numero annorum, cap. 3. §. fin. de despon. impub. qui tamen hodie generali consuetudine sequuntur definitionem juris civilis, quae etsi non in omnes in plerisque tamen quadrat & Medicorum etiam ac Physicorum auctoritate fulcitur. Raro tamen hac aetate apud nos praesertim masculi matrimonio junguntur. Inpon-

salibus aetas definita non est, quapropter & a primordio aetatis sponsalia efficere possunt, modo utraque persona sit infans major, l. in sponsal. 24. de sponsal. a quibus tamen facti puberes libere recedere possunt, c. 7. & l. de spons. impub. Vix. Solebant & impuberes Romani uxores ducere nonnulli viri potentes. Exempla extant apud Gruter. Inscr. p. 788. 8. p. 815. 3. p. 824. 1. Tunc vero nuptiae hujusmodi non rescindebantur, sed tamen non prius justae erant quam conjuges justam aetatem attigissent. Hinc nec antea dos peti poterat, l. 65. ff. de jur. dot. nec repudiata dabatur actio rei uxoriae, l. 17. §. 1. ff. de reb. aut. jud. poss. l. 74. ff. de jur. dot. nec ea poterat legatum sub conditione nuptiarum exigere, l. 10. pr. ff. de cond. & dem. Sponsae ergo loco erat immatura domum ducta, modo sponsalia praecessissent, l. 3. §. 27. ff. de don. int. vir. & ux. junct. l. 9. ff. de sponsal. Legitima vero uxor tunc ferebat cum apud virum expletset duodecim annos, l. 4. ff. de rit. nupt. HEIN.

3. **CONSENSUM HABENT PARENTUM QUORUM IN POTESTATE** Jure civili in nuptiis requiritur consensus tum eorum qui coeunt, tum parentum si quos habent, quorum sunt in potestate, l. 2. hoc tit. quod etiam in sponsalibus observatur, l. 7. l. 11. cum seqq. de sponsal. lib. Primum nuptiae sine consensu coeuntium non consistunt sicut nec alius ullus contractus sine consensu intelligi potest, l. 1. §. 3. de pact. Quid ergo si error interveniret? Distinguedum est: nam si talis sit error qui consensum impedit, puta si quis erret in persona putans Titiam esse cum qua contrahit cum sic Sempronia, hic error matrimonium vitiat, arg. l. si per errorem 15. de jurisd. l. 9. de contr. emt. Nam quod Jacobus Liam pro Rachele suppositam retinuit, in eo non est usus suo jure, c. quod autem c. 29. quest. 1. Lombardi. 4. dist. 30. Idem dicendum est si erretur circa qualiter essentialiter, veluti circa potentiam generandi aut necessitudinem, puta si ignorabatur esse amica aut soror cum qua contractum est. At si circa accidentalia tantum erratum sit, verbi causa si pauper est quae dives dicebatur, si capitosa quae morigera, si plebeja quae nobiliss credebatur &c. quoniam haec vel adesse vel abesse possunt salvo matrimonio, & sic in re ipsa justus consensus est, ratum erit matrimonium, d. c. quod autem in fin. Covarruv. de matrim. p. 2. c. 3. §. 6. n. 2. Illud autem quod Innocentius III. respondit, cap. tua nos 26. de sponsal. si quis ut honestam

mulierem ad turpia pelliceret falsum nomen ementibus eam his verbis desponset: *Joannes te sponat*; & mulier hoc dolo imprudens illud facta cum in illam tanquam sponsum consentit, ei copiam sui fecit; si ille restetur nunquam sibi animum fuisse illam ducendi, ista vero penat fidei sibi datam præstari, non debere ex eo factu conjugium judicari &c. non procedit in foro externo in quo respondetur pro matrimonio, quia Ecclesia non judicat de occultis, Covar. de mat. p. 2. c. 2. n. 5. Sanchez traçt. de matrim. lib. 1. disput. 9. & seqq.

Consensus in hoc contractu etiam plane liber esse debet, *i. non cogitur* 21. de rit. nupt. l. Titia 134. de verb. oblig. l. nec filium 10. l. neque 134. C. hoc tit. Ideoque matrimonium per vim aut justum metum initum ipso quoque vire nullum est, d. l. 24. cap. significavit 29. n. 2. de eo qui duc. in matrim. cap. 14. & seq. 2. de sponal. Covar. d. part. 2. cap. 3. n. 5. Alber. Gentil. 3. de nupt. Christin. vol. 1. §. 1. Plane metus reverentialis sive obsequij reverentia paternæ debuit à quo abstant verbera vincula minæ, matrimonium non impedit ut nec consensus, l. si patre 22. de rit. nupt. l. 7. l. 12. de sponal. Covar. d. cap. 3. §. 6. n. 1. Alber. Gent. d. lib. 3. cap. 11. quod tamen alii examinant.

4. Qui in potestate parentis est etiam illius consensus adhibere debet, hoc textu & leg. 2. de rit. nupt. Sed & nepos quamvis in avi tantum potestate sit patris tamen consensus adhibere debet, l. 16. §. 1. eod. eadem scilicet ratione qua consensus filii requiritur si pater quasi ex eo nepotem adoptare velit, nempe re invito filio suus heres agnascatur, §. sed si quis 7. tit. seq. que ratio cum in nepote nubente cesset cessat etiam decisio, d. l. 16. §. 1. de rit. nupt. Casus qui proponitur in l. 3. eod. specialis est. Quod ergo si oblata liberis honesta conditione pater dissentiat, aut sine causa prohibeat filium uxorem ducere filiamve nubere aut dotem dare nolit? Hic magistratus aditus partes suas interponet, patremque ad causa cognita cogit in matrimonium consentire & dotem dare, capite 19. de rit. nupt. At disserit quomodo in potestate; unde intelligitur nec matris consensus in liberorum nuptiis necessarium esse, nec patris in emancipatum. Et de filio quidem emancipato hoc scriptum est in l. filius 25. de rit. nupt. in filia vero emancipata id secus videri potest per l. vidua 18. l. in conjugatione 20. C. de nupt. An dicemus excipi filiam emancipatam minorem 25.

annis ob sexus & ætatis verecundiam? An, ut plerique, honestatis tantum causa præcipi ut ea patris consensus expectetur, sed id non esse necessarium? Sane & matris & propinquorum & curatorum judicium adhibere patre orbata isdem constitutionibus jubetur, quorum tamen auctoritas in copulandis nuptiis necessaria non est, l. 8. C. eod. Sic sentio. Jus antiquitus fuit, ut pater filiam quam in potestate habebat pro arbitrio & qui libere despondere posset, cuius rei exempla nonnulla apud Comicos & Historicos habemus. Neque filix à patre dissentendi licentia dabatur nisi si indignis moribus aut turpem sponsum ei pater elegisset, l. 12. §. 1. de sponal. Emancipatam autem filiam patrem suo arbitrio nec despondere nec elocare potuisse, adeoque nuptias quas illa propria auctoritate contraxisset non fuisse injustas, arguunt textus omnes qui ejus tantum consensus requiritur cum in potestate sit quæ nubit, aut qui uxorem ducit. Hoc autem jus in filia emancipata minore 25. annis ita postea mutatum & imminutum est ut tam illa patris quam pater illius voluntatem explorare debeat, d. l. 20. C. hoc tit. ita tamen ut si filia patris sententia repugnet, filix potius quam patris voluntatem iudex sequi teneatur, d. l. 18. C. eod. Ex quo loco utique hoc colligitur arbitrium emancipate non fuisse plane liberum. VINN. Videantur quæ Pontifex in cap. tua no 26. n. de sponal. & Aug. Barbosa ad idem cap. & Layman. Theol. Moral. l. 5. tractat. 10. part. 1. c. 1. n. 11. hanc decisionem plane explodunt. HEIN.

5. Et civilis & naturalis ratio] Suedet id ratio naturalis nam proculdubio contra officium filius facit qui sine consensu parentis nuptias contrahit, civilis autem ratio ne patri invito suus heres agnascatur. Synodus tamen Tridentina anathemate damnavit eos qui consentit, nuptias à filiis, sine consensu parentum contractas irritas esse, aut parentes eas irritas facere posse, dummodo coram proprio Parocho & tribus aut duobus saltem testibus celebrata fuerint, ut latius declaratur ibidem, quidquid antiquiores Canones hac de re statuerint, c. aliter, c. nostrates, c. 30. q. 2. c. non omnis, c. honorantur, c. mulier, c. fin. cap. 32. Cujac. ad rubr. de sponal. Dur. c. 2. de nupt. ad tit. solut. matrim. Covar. de mat. 17. 3. quamquam aliud visum Covar. de matrim. p. 2. c. 3. §. 8. Tulder. comm. hoc tit. c. 5. Perez ad tit. cap. de nupt. n. 16. qui cum Gloss. in cap. sufficit 27. q. 2. & alii contendunt, non nisi honestatis gratia jure Pontif.

Pontificio consensus paternum desiderari, liberosque conscientie vinculo dumtaxat obstrictos ad parentum consensus adhibendum, quod hodie certum est ex Trident. sess. 24. cap. 1. de reform. matr.

6. Ut jussum parentis præcedere debeat] Jussum, id est consensus aut potius assensus parentis in nuptiis filiorum, adeo necessarius est ut etiam præcedere debeat, neque ratihabitione patris retro legitima fiat, neque ratihabitione patris retro legitima fiat, nimirum cum ratihabitione in his tantum locum habeat, que non statim ipso jure nulla sunt sed aliquo modo consistunt aut pendunt, Dec. ad l. remper 60. de reg. jur. n. 16. non potest ea nuptias filii sine consensu patris contractas legitimas retro efficere, sed ex eo demum tempore justæ intelliguntur ex quo eas ratas habuit pater, per l. 11. de stat. hom. l. eui qui 65. §. 1. hoc tit. l. 13. §. si quis 6. ad leg. Jul. de adult. l. 6. C. hoc tit. Nec obstat quod liberi ex concubina suscepti matrimonio cum ea postea contracto legitimi fiant, §. ult. inf. eod. nam veteribus omnis legitimatio incognita fuit, & quod de natis ex concubinato consortio jure civili permisso postea constitutum esse non debet extendi ad eos qui nati sunt ex conjunctione vetita & pro supposito habita. Quid ergo est quod Justinianus in leg. ult. C. ad S. C. Mac. præcipit ut omnis ratihabitione retro opereatur? Nempe Imp. illic non tam causas in quibus locum habeat ratihabitione, quam naturam atque effectum ejus designat. Hodie tamen de hoc quidem jure dicendum videtur patris consensus postea accedentem etiam retro operari, cum nunc concubinatus nullam præ alia illa conjunctione prerogativam habeat & æque improbatum sit. Eminenter non præcise requirimus ut pater expresse consentiat, sed ut ne contradicat aut dissentiat gnarus eorum que aguntur, l. 7. §. 1. de sponal. l. 5. C. hoc tit. sicut è contrario & liberi jure civili consensisse intelliguntur qui non evidentiter dissentiunt, l. 12. de sponal. l. si parre 22. hoc tit. VINN. Quæ Vinnius hic cum Bachovio contra ratihabitionem disputat, non adeo firme stare videtur talo. Nam primo, quod negat ratihabitioni locum esse in his quæ ipso jure nulla sunt id falsum videtur. Donatio enim inter virum & uxorem ipso jure nulla, l. 3. §. 9. ff. de don. inter vir. & ux. ratihabitione tamen convalescit, l. 25. C. eod. quemadmodum & testamentum in quo filius præteritus esse validum judicatur si filius in illa voluntate acquiescat, l. 17. ff. de injust. rupt. irrit. fac. test. lex 13. ff. de stat. hom. non agit

de ratihabitione sed de statu prolis ignaro avo conceptæ. In l. 65. ff. de rit. nupt. non magis matrimonium ob defectum consensus invalidum est, sed ob prohibitionem legis quæ inter eum qui in provincia officium gerit & mulierem provinciam stare non patitur matrimonium. Ergo nec ratihabitione ibi quidquam operatur, secus ac in matrimonio non dum consentiente patre contracto, ubi ratihabitione consensus retrorahitur, quod etiam de reliquis legibus à Vinnio allegatis observandum. Denique à legitimazione recte etatenus ducitur argumentum, quod quemadmodum liberi ante nuptias nati his subsequentibus ideo legitimi habentur quia defectus prioris supplementum retrorahitur ac si matrimonium semper fuisset, ita & post ratihabitionem patris liberi nati sunt legitimi quia ratihabitione semper ad principium ejusque actus retrorahitur, l. 16. §. 1. ff. de pign. Unde & expirat monstrum illud quod fingit Wensem. ad l. 5. C. de nupt. spuriorum ex justis nuptiis procreatorum. Cum apparat hæc Vinnii argumenta refellit contrariamque sententiam probavit Ulr. Huber. præl. ad Inst. hoc tit. §. 10. & ad ff. eod. §. 5. HEIN.

Super filio] Cur magis super filio? Nempe filius uxorem ducere in domum patris, & que liberos gignebat aliquando suos heredes futuros avo paterno. Ratio autem juris civilis non patitur ut alicui invito aut ignoranti, cui similis est furiosus, suus heres obtrudatur, §. sed si quis tit. seq. Filia vero extra familiam patris nubit, neque patri suo sed marito liberis parit, vel ei cujus in potestate est maritus.

Ex nostra constitutione modum] Modus hic est ut presentibus curatore & propinquis de nuptiis statuatur auctoritate magistratus vel Episcopi, l. tam demeritis 28. G. de Episcop. aud. l. si furiosi 25. C. hoc tit. VINN.

In re tanti momenti filios voluntatem parentum consulere debere, & Ethnicos non ignoratum fuisse, & Hebræos observasse, & in Ecclesia multis temporibus obtinuisse certa res est ex Gratiano, qui multis adductis Patrum testimoniis id probat cap. 32. quest. 2. Verumtamen cum matrimonium indissolubile res sit, Synodus Tridentina sess. 24. cap. 1. de reform. matrim. anathemate damnavit eos qui matrimonio libero contractum consensu contracta vera ac rata esse negant, quique falso affirmant matrimonium filiorum familias sine consensu parentum contracta irrita esse, & parentes ea rata aut irrita facere posse. Nihil omi-

omnis ipsa Synodus asserit sanctam Dei Ecclesiam ex iustissimis causis illa semper detestata fuisse ac prohibuisse. Jam vero cum sponsalia indissolubilia non sint; præterea nemo jus alterius lædere, turbare familias, earum dignitatem imminuere, bella & lites perpetuas serere debeat; proculdubio filii sine consensu parentum sponsalia contrahere non debent. Recte igitur ac rationi naturæ convenienter respondit H. Hermione apud Euripidem in Andronach. v. 987.

Νομιμοίηται μὴ τὰ κτήνη πατὴρ ἰσὺς
Μεγίστη ἔστι, καὶ ἐμὴ κρίσις τὰ δὲ

Desponsationis quidem mea pater meus

Curam habebit, & non est meum statuere hoc.

Quos versus hanc in rem laudat Ambrosius laudatus & ipse à Gratiano cap. 13. caus. 32. q. 2. Hispanorum Reges tantum abest ut ab his discrepent, quin etiam acriora poenarum vincula adficiant. Cum enim Concilio Tolitano III. & Wisigothorum legibus cautum fuisset ut filifamilias in matrimonium contrahendis consensus parentum adhiberet, legibus fuit exheredationis poena multabatur non solum qui patris sed & qui propinquorum non adhiberet consensus, l. 2. tit. 1. lib. 3. for. legg. Partitarum legibus severissime sancitum est qui puellam parentibus aut propinquis in vitis uxorem duxerit in eorum servitute detruendi, l. 5. tit. 3. Part. 4. Quæ leges cum velut intermortuæ jacerent eas excitavit Pragmatica Sanctio anni 1776. qua adversus fraudes quæ in hac re frequentissimæ erant abunde provisum est, atque etiam certissimæ constitutæ sunt regulæ quibus & parentum ac familiarum dignitati, & modestè liberati filiorum justas ambientium nuptias prospectum est. Summa hæc redit. Qui legitimam virginemque annorum ætatem adhuc non expleverit consensus parentum adhibere tenentur. Quod si parentes non habuerint, tam avorum paternorum quam maternorum consensus accedere debet, his vero deficientibus propinquorum. Quod si eorum negotium idonei non sunt Curatorum assensus desideratur, qui omnes ex judicis decreto cum dantur. His vero deficientibus aut impeditis, ad judicem regnum ipsius loci patet aditus. Quod si & hujus utilitas vertitur, ad regium loci propinquioris judicem recurrendum est, atque hoc pacto abunde minoribus cavetur. Quod si majores sint parentes tantum consulere debent.

Verum si hi quorum consensus desideratur

obleta jura conditione respuant, magistratus aditu suas partes interponit qui octo dierum spatio summarie causam cognoscere & sententiam dicere tenetur, à qua cum ad regios Conventus (Chancillerias) fuerit appellatum intra trīginta dies causa finienda est. Si autem ad matrimonium aditus aliqui contraxerint, matrimonium effectibus civilibus caret, non tamen omnibus sed his tantum qui in dicta Pragmatica exprimitur: nempe jura & legitima exheredationis causa est, jus ad hereditatem paternam amittunt liberi, & in familiarum juriis perpetuis veluti in Patronatibus & Majoratibus non nisi deficientibus omnibus substitutis admittuntur; alimenta tamen eis non sunt deneganda.

Quod ad Magnatum & eorum qui dignitates habent matrimonia spectat ipsa Pragmatica consulenda est. Præterea Locorum Ordinariis injungitur ut, sicut in Encyclica Benedicti XIV. præcipitur, non aliter sponsalia admittant quam si de parentum consensu prius eis considerit, tum etiam ut non nisi ex gravissimis causis matrimonia celebrari permittant ante solemnem triaduum in Ecclesia promulgationem juxta Decreta Concilior. Lateran. & Trident. ADDIT.

TEXTUS.

Quæ uxores duci possunt vel non.
De cognatis, ac primùm de
parentibus & liberis.

1. Ergo non omnes nobis uxores ducere licet, nam à quarundam nuptiis abstinendum est; inter eas enim personas quæ parentum liberorumve locum inter se obtinent contrahi nuptiæ non possunt, veluti inter patrem & filium, vel avum & nepotem, vel matrem & filium, vel aviam & nepotem, & usque in infinitum. Et si tales personæ inter se coerent nefarias atque incestas nuptias contraxerint dicuntur. Et hæc adeo vera sunt, ut quavis per adoptionem parentum liberorumve loco sibi esse caperint non possint inter se matrimonio iungi, in tantum ut etiam dissoluta adoptione idem juris maneat. Itaque eam quæ tibi per adoptionem filia vel nepotem esse caperis non poteris uxorem ducere, quamvis eam emancipaveris.

L. 4. tit. 6. Part. 4. L. 7. & 8.
tit. 7. ead. Part.

No.

NOTA.

Inter patrem & filiam] Intellige parentes & liberos etiam naturales tantum. Nam in contrahendis matrimoniis naturale jus & pudor inspiciendus est, contra pudorem autem est filiam uxorem ducere, l. 14. §. 2. ff. hoc tit.

COMMENTARIUS.

- 1 Genera cognationis exposita, ubi & de spirituali.
- 2 Parentum cum liberis conjugia incestuosa esse in summo gradu.
- 3 Ne dissoluta quidem adoptione filiam adoptivam ducere liceat, & quare.

EX his quæ hæcenus dicta sunt intelligimus quatuor hæc concurrere debere ut juxta habeantur nuptiæ, ut qui contrahunt sint civis Romani quales apud nos omnes habentur, ut sint puberes, ut consentiant, ut si sint filifamil. consensum adhibeant parentum quorum in potestate sunt, juxta ea quæ dicta sunt supra ex decret. Concil. Trident. in locis ubi receptum est: quibus & quintum addi potest ex jure Pontificio & pia consuetudine, solum illa post trinam promulgationem in Ecclesia nuptiarum benedictio. Hæc inquam si intervernerint nuptiæ juxta esse censentur, si modo inter eas personas contractæ sint inter quas nuptiæ consistere possunt: nam etiam quædam personæ jure prohibentur inter se nuptias contrahere. Ut autem prohibeantur fere fit ob turpitudinem conjunctionis, quæ turpitudi vel est à cognitione contrahentium, vel ab affinitate.

1. Cognatio triplex est mere naturalis mere civilis & mixta. Naturalis tantum, est quæ illegitimo coitu contrahitur; civilis duntaxat, quæ per adoptionem constituitur; mixta est inter eos qui ex justo matrimonio procreati sunt utroque videlicet jure concurrente, l. 4. §. 2. de grad. & affin. Speciem cognationis quam auctoribus juris Pontifici spirituales vocant, & esse volunt inter susceptorem & susceptam ex sacro Baptismate, cap. de cognat. spirit. Covar. de matr. p. 2. c. 6. §. 4. quam etiam probat Justinianus l. si quis 26. circa fin. C. hoc tit. Pontifices Romani in sua & Græci in Orientali Ecclesia extendunt usque ad septimum gradum, quasi major esset cognatio spiritualis necessitudine carnali, juxta dictum Synodi in Trullo. Extant de ea re lib. 4. decretal. tit. 21. & lib. 3. jur. orient. idem caus. 30. per aliquot questiones. In Concilio autem Tridentino cum varie de hæc prohibi-

tione esset disceptatum, & multi eam penitus tollendam censerent, placuit impedimentum spiritualis necessitudinis restringi ad eam cognitionem quæ est inter susceptorem & susceptam ejusque patrem & matrem, decret. de reform. cap. 2. sess. 24. VINN. Spirituales illa cognatio ex mente Canonistarum non modo ex Baptismo nascitur, verum etiam ex Consecratione, cap. 1. fin. de cogn. spirit. in 6. immo & ex catechismo, quamvis eam cognitionem non tam contractum quam contrahendum matrimonium impedire existimant, c. 2. eod. num. 6. Porro hanc cognitionem spirituales in paternitatem quæ inter baptizatum & baptizatum susceptorem & patrum est, compaternitatem quæ inter parentes baptizati & baptizantem vel susceptorem intercedit, & denique in fraternitatem qualem inter baptizatum & liberos baptizantium necnon susceptorem contractam dividere solent. Applacat. tom. 3. c. 22. num. 36. & vir summus Cujac. ad rubr. 10. de consang. & affin. Hen.

Parentum liberorumve locum] l. nemini 17. C. hoc tit. Commodius dixisset inter parentes & liberos; nam & patru & avunculi etiam parentum locum obtinent, l. sororis 39. de rit. nupt. Theophil. ἐπι τῶ ἀνιστῶν καὶ κατὰ τῶν. (Ex ascendentibus, & descendentiis)

2. Nefarias atque incestas] In summo scilicet gradu: nam in his tanta est turpitudi & foeditas ut naturæ omnes à tali conjunctione abhorreant, & sua ipsorum conscientia redarguantur necesse sit qui hæc naturæ jura violant: adeoque execrabiles habeantur qui vel per ignorantiam hæc committunt. Hinc illæ Oedipodarum calamitates quibus plene tragœdiæ, & illæ sicæ apud inferos poenæ. Homer. xi. Odyss. 270.

Ματὴρ τῶ Ὀιδιπόδου ἴδου, καλὸν Ἐπιπέτην
Matrem quoque Oedipodis vidi, pulcherram Epicasten
Hinc Nero magis ob incestum quam ob reliqua facinora detestabilis. De Partibus sic Lucanus:

... Cui fas implere parentem,

Quid reat esse nefas?

Adde Philonen Jud. in decal. lib. 1. Ceterum & alix nuptiæ quæ ratione cognationis aut affinitatis prohibentur incestæ, hoc est incestæ & pollutæ (si Isidoro lib. 5. cap. 26. credimus) dicuntur, d. l. sororis 39. §. 1. l. etiam si 56. eod. & tit. C. de incest. nupt. An autem & illæ naturæ legi & honestati similiter repugnent postea disputandum; earum certe de quibus nunc agimus naturalis prohibitio est. Quippe inista est in ipsis affectibus fuga quædam commixtionis cum parentibus & ex se nat-

tis, à qua etiam quædam animantia muta naturaliter abhorre à nonnullis proditum est. Seneca Hippol. act. 3. v. 913.

Fera quoque ipsa Veneriis evitant nefas, Generisque leges inchoat servas pudor. Affertur & alia prohibitionis eaque non parvi ponderis ratio, confusio communis cognationum normæ; quæ & ipsa naturæ legi atque ordini vehementer repugnat, & necessario consequitur istam sanguinis inter parentes & liberos commixtionem. Horrore ad illud Oedipi apud Senecam Theobald. act. 1. v. 134.

Avi gener, patrique rivalis sui, Frater suorum liberum, & fratrum parens Una avia partu liberis peperit viro Ac tibi nepotes. Monstra quis tanta explicet?

Item ad illa Thyestis in Agamem. act. 1. v. 34.

... Vera natura est retro, Avio parentem, (prob nefas), patri virum, Natis nepotes micitui, noctidnem.

3. Quamvis per adoptionem] Respectu quoque cognationis mere civilis inter parentes & liberos nuptiæ prohibentur, nefasque esse existimatur eam uxorem ducere quæ per adoptionem filia nuptive esse ceperit; in tantum ut etsi per emancipationem adoptio dissoluta sit idem juris maneat, l. qui etiam 55. de rit. nupt. Nec id mirum videri debet quamvis omnia adoptionis jura per emancipationem solvantur, l. in omni 13. de adopt. nam in nuptiis semper etiam pudoris & reverentiæ ratio habetur, l. adoptionis 14. §. 2. de rit. nupt. Patris autem persona tam sancta & reverenda filia esse debet ut ad impediendas nuptias sufficiat aliquando patrem fuisse. Eadem fere ratione nec matrem patris adoptivi uxorem ducere possum; nempe non propter civilem aliquam necessitudinem quæ nulla inter nos, l. qui in adoptionem 23. de adoption. sed propter reverentiam quam matri patris adoptivi propter patrem debeo quamdiu in familia ejus sum; & iterum esset me patris mei licet adoptivi fieri vicium. Plane si per emancipationem soluta fuerit adoptio nihil impedimento est quominus eam uxorem ducere liceat, quoniam illa nunquam nihil avie loco fuit sed extranea semper, d. l. 23. de adopt. junct. d. l. 55. hoc tit. At enim, inquires, nec patris adoptivi uxore matris loco est, d. l. 23. eam tamen ducere non licet ne quidem post emancipationem, d. l. 14. pr. de rit. nupt. sed nimirum sufficit eam aliquando revercæ loco fuisse, d. l. 14.

De fratribus, & sororibus.

2. Inter eas quoque personas quæ ex transverso gra da cognationis junguntur, est quedam similis observatio sed non tanta. Sane enim inter fratrem sororemque nuptiæ prohibita sunt, sive ab eodem patre eademque matre nati fuerint sive ab altero eorum. Sed si qua per adoptionem soror tibi esse ceperit, quamdiu quidem constat adoptio sane inter te & eam nuptiæ consistere non possunt; cum vero per emancipationem adoptio sit dissoluta poteris eam uxorem ducere. Sed & si tu emancipatus fueris nihil est impedimento nuptiis. Et ideo constat, si quis generum adoptare velit debere eum antea filium suum emancipare; & si quis velit nurum adoptare debere eum antea filium suum emancipare.

L. 4. tit. 6. Part. 4.

NOTA.

2. Sive ab altero eorum] Convenit d. cap. 18. Leo. v. 9. & c. 1. Athenis tamen consanguineam ducere licebat, id est sororem ipsæque, (ex eodem patre) non autem ipsæque, (ex eadem matre) Fabrot. ex Philon. Sed nec vulgo quamvis sororem ducere licet, leg. 54. ff. de rit. nupt.

COMMENTARIUS.

1 Ostenditur frons rationibus legem divinam de non ducendis sororibus moralem esse & perpetui juris.

EX transverso grada] Linea in qua gradus cognationis ponuntur vel directa est & perpendicularis vel transversa. Directa est vel ascendens in qua sunt parentes; vel descendens in qua sunt liberi. Transversa eos complectitur qui ex latere veniunt; etque vel æqualis eorum videlicet qui pari gradu distant à communi parente, ut fratres & sorores, consobrini patruales; vel inæqualis cum altero à communi parente est remotior; ut patruus avunculus, & fratris & sororis filii & filia. In linea directa, ut jam dictum est, prohibitio est infinita, in transversa non item; quod nunc se confert Imperator.

1. Inter fratrem & sororem] In linea transversa unus tantum gradus jure civili prohibitionem habet, nimirum fratrum & sororum nuptiæ, l. i. uemini 17. hoc tit. quas etiam à Deo in-

interdictas non uno loco reperimus, Levit. 18. v. 9. & 20. v. 17. Deut. 27. v. 20. Quid ergo? An hæc interdictio sive lex de non ducendis sororibus & ipsa moralis est, perpetuamque & naturalem causam prohibitionis continet? Moralem esse & naturalem non dubito. Movet, quod Deus ita per Mo sen pronuntiat: Qui acceperit sororem suam nefariam rem operatus est & in conspectu populi occidatur, Levit. 20. v. 17. & Deut. 27. v. 20. Male dictum, inquit, omnis qui dormit cum sorore sua. Adeoque ex abominationibus propter quas Canaanæ Dominus extirpavit hæc una fuit, Levit. 18. circa fin. qui tamen non aliam legem quam naturæ habuerunt. Plato quoque lib. 8. de legib. fratrum & sororum conjugia ait esse iniquissimam, καὶ βεβαιὴ καὶ ἀσχηρὴ ἀσχηρὰ (nullatenus justa & inter turpia turpissima) Hinc esse, quod in tragediis Macarei cognito se cum sororibus rem habuisse continuo mortem sibi consciscant, sceleris pœnas à se ipsis repetentes; & Cicero lib. 1. de divin. commixtionem fratris & sororis, nefarium stuprum appellat. Lucianus in Philip. ἀσχερὰ καὶ ἀκαθάρτα (impudicissimam commixtionem.) Quis vero hoc nos docuit? Sola natura, quippe quæ omnes docet sorori suæ misceri nefas esse dum appetitum conjunctionis inter fratrem & sororem cadere non sinit. Quis est enim qui sororis suæ quantumvis formosæ nuptias aut stuprum appetat? Non Platonem modo sed experientiam provo-co, tam à me, inquit ille apud Plaut. Curcul. act. 1. scen. 1. v. 51. pudica est quam si soror mea sit. Neque aliam ob causam Abrahamus creditur se pro marito Saræ habitum non iri quam si eam sororem suam esse diceret, Genes. 12. v. 12. & 19. & 20. v. 12. Denique non tantum Romani sed etiam alii populi & omnis pene Græcia, auctore Alex. ab Alex. 1. genial. diæ. 24. nefandum putaverunt iisdem parentibus genitos indecum incestus nuptiis decineri. Neque vero idem minus hoc nefas est quia Egyptii & nonnulli alii populi id licere voluerunt sororum nimirum Numinum exemplo, cum Saturnus Opim, Jupiter Junonem, Osiris Isin duxerit; & quid ni hoc faceret apud quos non solum philadelphi verum etiam philometores fuerunt? Obijci solet dictum Thamaræ ad Amoneum fratrem consanguineum, quin potius loquere ad Regem & non denegabit me tibi, 2. Reg. c. 13. v. 13. Resp. Sive hoc Thamaræ sciens commenta est ut se presenti periculo eriperet, sive revera credidit hoc quoque patri Regi licere: inde colligi non debet aut Davidem id concessurum fuisse, aut recte facturum si

concessisset. Illud alicujus momenti est quod hic nobis obijci potest, & verum esse constat ex sacra Historia; oportuisse nimirum à primis illis hominibus sorores duci cum aliæ mulieres non extarent. Respondent Theologi id fuisse necessitatis & tacita divina dispensationis. Nam cum juberet Dominus propagari genus humanum nec plures simul feminas condidisset, satis intelligitur hæc fuisse ipsius voluntatem ut fratri ex sorore sobolem tollere fas esset; quod postea ipsa natura docuit non licere. Hoc ergo factum, ut Augustinus ait lib. 15. de civitate Dei cap. 16. quanto est antiquius compellente necessitate (intellige necessitatem ex illius temporis circumstantia) tanto postea factum est damnabiliter religione (id est naturali aversatione) prohibente. Affert ibidem Augustinus etiam nonnullas alias causas ob quas fratres & sorores conjungi non debeant, ut necessitudo inter plures diffundatur serpatque & propæquet civium inter se caritas, quam sic extendi ait Cicero docet 5. de finib. item ut evitetur illa cognationis & affinitatis confusio quæ fratrum & sororum nuptias necessario sequitur. Sed hæ rationes tantum ponderis non sunt ut quod contra fit natura illicitum censeri debeat. Consentit etiam in hæc questione Covar. de matrim. p. 2. cap. 6. §. 10. n. 15. D. Tulden. ad hunc tit. cap. 6.

Sive ab altero eorum] In nuptiis utram frater sit germanus an consanguineus vel uterinus dumtaxat nihil interest, Levit. 18. v. 9. & 11. immo nec vulgo quisquam sororem ducere licet, l. 54. ff. de rit. nupt. In successuionibus autem inter utrumque conjunctos actio necessitudo habetur, auct. itaque C. comm. de succ. ut & olim in eadem causa consanguineorum major ratio quam uterinorum habebatur, vulgo autem quæstorium extra successione matris vix jus ullum.

Quamdiu constat adoptio] Per adoptionem quaerita fraternitas eo usque impedit nuptias donec manet adoptio, aut naturalis filius in potestate. At si pater vel me in potestate teneto filium quem adoptaverat emancipavit, vel me emancipato illam in potestate retinuit, possimus matrimonio jungi, l. per adoptionem 17. hoc tit. quippe vinculo agnationis quæ sola hæc nuptias impedit soluto. Nam reverentia & honestas nuptias respectus qui dissoluta adoptione ad hæc manet inter patrem quandam & filiam, hic nullus est.

Antea filiam suam emancipare] Alioqui dicitur matrimonium, quod inter fratrem &

66
 scire non licet adoptivos non consistit, ut ex Theophilo Hieronimus & Wesemb. hic notant, & indicat Trithem. in l. non solum 67 §. 3. hoc tit. Nam ut dicitur matrimonium manere & adoptionem potius nullam esse, quod D. Bachovius magis probat, nescio an ex ratione juris civilis defendi possit: quod cum nuptias inter sororem & fratrem adoptivum prohibet generum tamen adoptari permittit, ex consequenti genero adoptato nuptias periri voluisse existimandum est, non adoptionem nullam esse. Vid. tom. 1. juris Græco-Rom. l. 8. c. de adopt. *ἡ δὲ πατρὶς ἀδελφὴ τῆς τοῦ ἱδίου γαμβρίας ἀδελφῆς (nuptia dissolvuntur, si quis generum proprum adoptaverit)* Theod. Balsam. ad d. l. 67. ff. de rit. nupt.

TEXTUS.

De fratris & sororis filia vel nepte.

3. Fratris vero vel sororis filiam uxorem ducere non licet; sed nec neptem fratris vel sororis quis ducere potest quamvis quarto gradu sint: cuius enim filiam ducere non licet neque ejus neptem permittitur. Ejus vero mulieris quam pater tuus adoptavit filiam, non videris prohiberi uxorem ducere, quia neque naturali neque civili jure tibi conjungitur.

COMMENTARIUS.

1. Nuptias cum fratris aut sororis filia, & in universum inter personas transversa linea quæ parentum & liberorum loco inter se sunt etiam divina lege prohibitas, atque banc quoque legem moralem esse.

Jure civili nuptiæ in linea transversa inæquali prohibite sunt inter eas personas quæ parentum liberorumve numero sunt, l. per adoptionem 17. §. 2. l. sororis 39. hoc tit. l. nemini 17. C. eod. l. ult. C. de inc. nupt. §. item amitam 5. inf. eod. & quidem in infinitum, l. nuptiæ 53. hoc tit. nam graduum numerus hic non magis consideratur quam in linea recta inter ipsos parentes & liberos. VINN. In linea transversa nihil aliud apud Hispanos inspicitur quam propinquitas graduum. Igitur qui quarto gradu sunt computatione facta secundum Canonam statuta, sive in linea transversa inæquali sint sive æquali conjungi prohibentur, l. 4. tit. 6. Part. 4. ADDIT.

1. Sed an hinc prohibitioni per omnia consentanea sit lex divina veteris Testamenti quaeritur. Ego quidem sic sentio; quamvis enim singula apud Moysen non sint expressa, tamen quibusdam positis, quæ paria sunt pro-

expressis habenda, cum hoc flagitet ipsa ratio ut de similibus similiter statuatur, nec in hoc hac prohibitionem tam ad numerum graduum respectu quam ad venerationem personarum. Cum igitur Dominus expresse vetat amitam & materteræ nuptias, Lev. 18. v. 11. & 13. intelligitur etiam vetare nuptias amitæ magnæ & materteræ magnæ, & deinceps ascendentiūm matris & avunculi (proportione servata) nuptias fratris & sororis filia & deinceps ex his descendentiūm: cum patruo & avunculo & qui supra hos sunt. Atque hanc etiam prohibitionem perpetuam esse & partem legis moralis, ex iisdem fere argumentis evincitur quibus fratris & sororis nuptias naturæ acque honestati repugnare antea demonstravimus, in ea tamen dispensari potest, ex Trid. sess. 24. can. 3. Unum addam, apud Romanos filia prohibita essent, moribus tamen fratris habebantur, l. sororis 39. §. 1. l. etiam si 56. hoc tit. adeo ut ipse Claudius Imperator ausus non fuerit Agrippianam fratris sui Germanici filiam uxorem ducere nisi extoritur prius consentus consulo quo venia daretur talium conjugatorum; neque tamen reperti sunt, quod mihi sequitur est in libidiniosissima civitate, qui sequerentur exemplum excepto uno æque altero pessimo adulatore, Sueton. in Claud. c. 26. Tacit. 12. annal. cap. 1. & seg. ac postea senatusconsultum illud à Nerva sublatum est teste Xiphilino. Sane brevis hæc lex Nerve fuit ut & imperium ejus, & nuptia cum fratris filia ex edicto Claudii pro licitis iterum haberi cœperunt: nam auctore Capitolino Antoninus Pius filiam suam fratri uxorem dedit, quod antea nondum sublato senatusconsulto & Titum fecisse Suetonius memorat, in Domitian. c. 22. Ceterum quia senatusconsultum illud si-ve edictum Claudii cum naturæ honestate pug- nare videbatur strictissime acceptum de sola fratris filia, non autem de filia sororis, teste Ulp. in fragm. tit. 5. §. 6. aut, quod magis puto, jam tempore mediæ jurisprudentiæ vim amiserat: argumento est quod Cæsius scribit, l. quin etiam 55. §. 1. de rit. nupt. fas non esse ducere neptem patris adoptivi ex filio; quanto igitur minus neptem veri patris & naturalis, seu veri fratris filiam ducere licuit? Utur est, tandem ex- presse edictum illud abrogatum est, & Maxi- à Principibus ethnicis Diocletiano & Maxi- natura leges istæ cordibus humanis inscriptæ sunt. Congruit l. ult. C. de incest. nupt. art. 7. ordin. poi. VINN. Lex 17. C. de nupt. desum- est ex Codice Greg. lib. 5. tit. 1. §. 9. ubi

67
 ego illi parentis illa mihi filia loco sit. Lege quoque divina patruellum aut consobrinorum nuptiæ interdixit non sunt; adeoque, si exem- pla jus faciunt, tantum non expresse conce- duntur Num. 36. v. 11. Augustinus lib. 35. de civ. Dei de connubiis consobrinorum agens ait nec divinan legem prohibuisse neque ad sua usque tempora humanam. Prohibuerat has nuptias Theodosius Major ut scribit Au- rel. Victor, sed legem patris filia Arcadii & Honorarius sustulerunt revocata prisci juris, ut inquirunt, auctoritate, l. d. celebrandis 19. C. hoc tit. Pontifices autem Romani longius pro- gressi sunt, & conjungi veterunt non solum consobris sed etiam sobris & eorum liberos, quos quarto gradu numerant cum octo inter se distent, cap. non debet de cons. & affin. Concilium Lateran. c. 50. cuius Concilii auctori- tate Innocentius abrogavit priorum Pontifi- cum decreta quia usque ad septimum gradum nuptias inhibebant, hoc est, eorum qui jure civili decimoquarto gradu invicem contingunt, c. progeniem & seq. c. nulli & seq. 36. q. 2. & 3.

2. Monet hic locus ut discrimen dinu- merationis graduum quod est inter jus civile & canonicum obiter explicemus, quippe quod ad causas matrimoniales solum pertinet, nam in successionebus civilem computationem se- quuntur etiam in terris Ecclesiarum teste Schneid. hic & D. Tulden. ad tit. Inst. de grad. cogn. eod. Quippe per adoptionem cum iis tantum personis necessitudo contrahitur quæ si sangui- ne nos contingerent nobis agnatae essent, l. per adoptionem 23. de adopti.

Cujus filiam &c. neque ejus neptem] Hæc regula ad hypothesin revocanda est: cuius videlicet fratris aut sororis de quibus agitur, neque enim prohibeo uxorem ducere neptem auri mei, cuius tamen filiam amitam aut materteram meam ducere non possum §. 1. seq. Vera autem ratio est quoniam parentum lib- erorumque invicem numero sunt; ut hic alid spectandum sit quam numerus graduum, §. item amitam 5. inf. l. 53. de rit. nupt.

Neque naturali neque civili] Non naturali, quia cognata mea non est cum adoptio non tribuat jus sanguinis; non civili, quia avuncu- lum omo fit per adoptionem, l. 12. in fin. eod. Quippe per adoptionem cum iis tantum personis necessitudo contrahitur quæ si sangui- ne nos contingerent nobis agnatae essent, l. per adoptionem 23. de adopti.

TEXTUS.

De consobrinis.

4. Duorum autem fratrum vel sororum libe- ri vel fratris & sororis conjungi possunt.

COMMENTARIUS.

1. Patruellum & consobrinorum nuptias neque civili neque divino jure prohibitas, quam- quam Canonis longius progressi.

2. Discrimen dinumerationis graduum inter jus civile & canonicum explicatum.

1. Redit ad lineam transversam æqua- lem in qua dicit eos qui in quat- to gradu sunt facta computatione civili con- jungi posse, nimirum fratris & sororis liberos, idemque traditur in l. 3. ff. de rit. nupt. celebran- dis 19. C. hoc tit. scilicet quia hic cessat ratio ob quam prohibeo neptem fratris ducere, quod

67
 ego illi parentis illa mihi filia loco sit. Lege quoque divina patruellum aut consobrinorum nuptiæ interdixit non sunt; adeoque, si exem- pla jus faciunt, tantum non expresse conce- duntur Num. 36. v. 11. Augustinus lib. 35. de civ. Dei de connubiis consobrinorum agens ait nec divinan legem prohibuisse neque ad sua usque tempora humanam. Prohibuerat has nuptias Theodosius Major ut scribit Au- rel. Victor, sed legem patris filia Arcadii & Honorarius sustulerunt revocata prisci juris, ut inquirunt, auctoritate, l. d. celebrandis 19. C. hoc tit. Pontifices autem Romani longius pro- gressi sunt, & conjungi veterunt non solum consobris sed etiam sobris & eorum liberos, quos quarto gradu numerant cum octo inter se distent, cap. non debet de cons. & affin. Concilium Lateran. c. 50. cuius Concilii auctori- tate Innocentius abrogavit priorum Pontifi- cum decreta quia usque ad septimum gradum nuptias inhibebant, hoc est, eorum qui jure civili decimoquarto gradu invicem contingunt, c. progeniem & seq. c. nulli & seq. 36. q. 2. & 3.

2. Monet hic locus ut discrimen dinu- merationis graduum quod est inter jus civile & canonicum obiter explicemus, quippe quod ad causas matrimoniales solum pertinet, nam in successionebus civilem computationem se- quuntur etiam in terris Ecclesiarum teste Schneid. hic & D. Tulden. ad tit. Inst. de grad. cogn. eod. Quippe per adoptionem cum iis tantum personis necessitudo contrahitur quæ si sangui- ne nos contingerent nobis agnatae essent, l. per adoptionem 23. de adopti.

TEXTUS.
 De consobrinis.
 4. Duorum autem fratrum vel sororum libe- ri vel fratris & sororis conjungi possunt.
 COMMENTARIUS.
 1. Patruellum & consobrinorum nuptias neque civili neque divino jure prohibitas, quam- quam Canonis longius progressi.
 2. Discrimen dinumerationis graduum inter jus civile & canonicum explicatum.
 1. Redit ad lineam transversam æqua- lem in qua dicit eos qui in quat- to gradu sunt facta computatione civili con- jungi posse, nimirum fratris & sororis liberos, idemque traditur in l. 3. ff. de rit. nupt. celebran- dis 19. C. hoc tit. scilicet quia hic cessat ratio ob quam prohibeo neptem fratris ducere, quod

parentum sunt, hanc tamen rationem cessare in filia levitii aut glorios. At enimvero si in universum spectamus causam ob quam nuptiæ in prædictis omnibus affinitatis gradibus prohibentur, videlicet quia vir & uxor in unum corpus coalescentes non amplius duo sunt sed una caro: in universum non etiam dicendum videtur eosdem gradus affinitatis prohibitos censi debere qui prohibiti sunt in cognatione; & propositionem illam *Levit. 18. v. 6. ad proximam sanguinis sui nemo accedat*, etiam ad affines qui pro consanguineis sunt, pertinere, & tam late patere, quam late patet prohibitio inter sanguine junctos. Basilius in *epist. ad Diodorum. Versu.* Etiam apud nos prohibitio inter affines eadem est quæ inter cognatos; & usque ad quartum gradum computatione facta jure canonum extenditur, *d. l. 5. tit. 6. Part. 4. Addit.*

6. Plane ut non æque graviter omnes peccant, nec puniendi sunt qui prohibentur in ordine cognatorum ducunt, sed levius qui ex transversa, gravius qui ex recta linea uxorem sumunt; ita etiam gravius delictum est ex recta affinitatis linea quam ex transversa uxorem sumere. Sunt vero etiam hæc interdicia quæ affines transversæ lineæ spectant moralia & perpetui juris. Neque enim Deus gentes ob singula facta cum singulis peccassent punitur nisi in singulis peccassent contra jus nature. Notentur particule universales quibus singulos casus designat legislator cum idcirco gentes punitas subjicit. At enim, inquit, si lex de non ducenda fratria, *Levit. 18. v. 6.* perpetuam & naturalem causam prohibitionis habet, qui fit quod fratria certo casu duci jubetur? *Deut. 25. v. 5.* Jus enim naturale est immutabile. Respondent doctores Theologi: Jus naturale duplex esse, unum tale ut absolute in se ac essentia sua æquum & justum sit quicquid eo continetur, ac proinde prorsus immutabile, alterum quod æquitatem & justitiam continet in rerum natura sola Dei voluntate impressam, ut à creatura nature ductum approbaretur; ac posterius hoc jus ut à legislatoris voluntate dependet ita & per eam aliquando ex causa peculiari mutari. Sic quamvis jus nature veteri suum cuiquam auferre. Deum tamen de isto jure dispensasse *Exod. 12. v. 35. & 36.* cum Israëlitis mandaret ut Ægyptiis sua auferrent. Atque ita etiam forte Deus in Sanctis olim quædam matrimonia concessit propter sancti generis paucitatem; eademque ratio est legis de fratria certo casu ducenda excitandoque

LIB. I. TIT. X.

fratri sine sobole defuncto semine, videlicet ut in nomen primogeniti conservaretur faceret ut in nomen primogeniti conservaretur intermillia, & primogeniti Christi nomenque intermillia, & primogeniti Augustini, quod in *Levitura* significaretur, Augustinus, *4.61. in Levitura* significaretur, Augustinus, *4.61. in Levitura*. Quare juris Pontificii Interpretes asserunt *vir.* Quare juris Pontificii Interpretes asserunt impedimenta hujusmodi non in mosaica, atque in lege Evangelica sicut in mosaica, atque inde monet Sanchez de *matr. lib. 8. disp. 6. & seqq.* nullos gradus consanguinitatis & 6. & seqq. nullos gradus consanguinitatis & affinitatis, *Levit. 18.* hodie esse prohibitos jure divino, nisi qui alias prohibiti sunt jure naturæ primævo; & consequenter Pontificem in omnibus illis dispensare posse.

7. Apud veteres Romanos, ut hoc quoque obiter dicam, non videtur transversa affinitatis linea prohibitionem habuisse. idque exemplo doceri potest, quod asserunt M. Tullius *lib. 1. de Adivin. cap. 46.* & Valer. Maximus *lib. 1. cap. 5.* de Metello qui mortua uxore Cæcilia filiam sororis Cæcilie in matrimonium duxit, quod tamen neuter eorum ut novum refert. Quamvis autem sit qui dubiet an hoc locum habuerit in hac linea in universum, puta si frater viduam fratris, vel patruus aut avunculus uxorem filii fratris aut sororis, vel contra filius fratris aut sororis uxorem patruus aut avunculi ducere voluisset; tamen ego crediderim apud Romanos jura affinitatis morte unius ex conjugibus pro extinctis habita fuisse, utique si liberi ex matrimonio non superserent. Nam apud Plutarchum legitur Marcum illum Crassum cognomento divitem defuncti fratris viduam duxisse, neque hoc tamquam novum aut præter morem factum auctor commemorat. Nimirum ut nuptiis contrahitur affinitas, ita solutis nuptiis eam dissolvi voluerunt, salva tamen reverentia ex affinitate nata inter eas personas quæ parentum & liberorum loco fuerunt, *arg. hujus & seq. §. adeoque eadem fere ratio affinitatis fuit quæ adoptionis, quæ & ipsa soluta nuptiæ non impediunt nisi ob solam reverentiam inter eos qui parentes & liberi fuerunt.* Neque enim dubito quin patruus adoptivam filiam fratris, aut fratris filium adoptivam soluta per emancipationem adoptione ducere potuerint, cum nuptiæ etiam cum sorore adoptiva dissoluta adoptione consistent, *s. 1. sup.* Sed profecto magnum discrimen est inter conjunctionem quæ ex adoptione oritur & eam quam parit affinitas. Adoptio merum juris civilis commentum est, affinitas vero etiam causam naturalem habet quæ ex commixtione corporum nata nuptiis solutis adhuc permanet, quo pertinet illud Pontificis in *c. 1. cap. 35. q. 1.*

DE NUPTIIS.

uno defuncto, in supervivente affinitatem non deleri. VIKK. Conjectura Vinnii quod jura affinitatis morte unius conjugis extincta sint nihil est verius. Confirmant illum non solum exempla à Vinnio & postea à vir. clar. Bern. Henr. Reinaldo *var. cap. 24. p. 196. seq. adducta*, verum etiam edictum Constantini Constantis & Juliani, *l. 2. C. Theodor. de incest. nupti.* quo Juliani id mutatum. Ubi add. Gortoff. *tom. 1. pag. 296. Hs N.*

Quia utraque filia loco] Regula juris civilis est eos qui in numero parentum aut liberorum sunt conjungi matrimonio non posse, *l. nuptia §. 3. de rit. nup.* cui regule locus est non tantum in cognatione sed etiam in affinitate, *l. 14. §. ult. eod.* Et quamvis jure civili, ut supra diximus, id tantum obtinuisse videatur in recta affinitatis linea ob reverentiam cur in recta affinitatis linea ob reverentiam cur judicandam & honestatis respectum, qui cessat in iis qui ex transverso gradu invicem affines sunt; tamen & alias esse hujus prohibitionis causas, & quidem maximi momenti, eosdemque gradus affinitatis jure divino prohiberi qui & cognationis, paulo ante diximus.

Si fuit nurus tua] Ergo dissoluta demum affinitate huic prohibitioni locus est, quod & discrete exprimitur in *§. seq. ibi, dissoluta demum affinitate.* Qui locus conjecturam nostram adjuvat, mortem unius è conjugibus affinitatem quidem diremisse, sed ob personarum venerationem & pudorem naturalem nuptias nihilominus interdictas fuisse inter eos qui affinitate parentes & liberi fuerant. Utrique causam prohibitioni dedit ante contracta affinitas.

Eadem duobus nuptiis] Unam apud plures nuptiam esse è diametro pugnat cum recta ratione, quia (ut alia omittam quæ dicti foeda) officio procreationi liberorum qui principalis matrimonii finis est. Neque apud ullam gentem licitum unquam fuisse legitimus ut una mulier duobus aut pluribus viris nuberet. Tertull. *advers. Marc.* manente matrimonio nubere adulterium est.

8. Duas uxores eodem tempore] Duas aut plures uxores apud unum nuptas esse multi putant non pugnare cum naturali ratione cum apud plerasque gentes id licitum fuisse legamus, adeoque ipse Deus hæc polygamie speciem populo suo permisit. Sed non deest quod reponatur. Vide quæ dixi sub *§. 1. sup. de patr. pot.* Ut ut est, constat ex iis quæ à Christo dicuntur apud *Matth. 5. v. 32. & 19. v. 9. Marc. 10. v. 4. Luc. 16. v. 18.* & quæ scribit Paulus *1. Cor. 7. 7.* polygamiam in Republica Christiana non esse tolerandam, quæ etiam

multis gentibus improbata fuit. Rarè binæ simul in Occidente nuptiæ. Neque enim apud Romanos tantum constitutum fuit ne quis binas eodem tempore uxores haberet, sed etiam apud Græcos, & jam tempore Cæcrops Atheniensium Regis. Vide Pet. Fabr. *2. semestr. 1.* Germanos quoque nostros singulis uxoriibus contentos fuisse, scribit Tacitus *de morib. German. cap. 18.* Sed & plures alias gentes virum unicæ mulieri copulasse testatur Dion. Halicarn. *lib. 2.*

TEXTUS.

De socru & noverca.

7. Sacrum quoque & novercam continentur est uxorem ducere, quia matris loco tant. Quod & ipsum dissoluta demum affinitate procedit, alioquin si adhuc noverca est, id est si adhuc patri tuo nupta est, communi jure impeditur tibi nubere, quia eadem nobis nupta esse non potest. Item si adhuc socrus est, id est si adhuc filia ejus tibi nupta est, idem impeditur tibi nuptia quia duas uxores habere non potes.

COMMENTARIUS.

Hujus §. & superioris eadem plane est sententia, ut nova explicatione non indigeat.

TEXTUS.

De comprivignis.

8. Mariti tamen filius ex alia uxore, & uxoris filia ex alio marito vel contra, matrimonio recte contrahunt, licet habeant fratrem sororemve ex matrimonio postea contracto nato.

COMMENTARIUS.

Cognati personarum quarum interventu & copula contracta est affinitas, inter se nuptias contrahere non prohibentur. Et ratio est perspicua. Quia inter eos nulla est affinitas utpote quæ ultra personas conjunctas non extenditur: hoc est, cognati quidem uxoris marito sunt affines, & contra cognati mariti affines uxori; sed ipsi cognati utriusque non suat inter se affines, alioquin simulacrum cognationis latius pareret quam ipsa cognatio, *l. 24. §. pen. hoc tit. l. 134. pr. de verb. oblig.* Hinc igitur est quod inter comprivignos contrahi nuptiæ possunt, quod pater & filius matrem & filiam, duo fratres duas sorores ducere non prohibentur. Quamquam hic recte factu-

dturos arbitror qui magis id quod honestum est quam quod licet inspiciunt, ne ordo cognationis cujus imago est affinitas nimium perturbetur, quod fit si verbi causa, pater filiam filium matrem uxorem ducat. Putaverunt quidam nuptias comprivignorum veteri *Levit. 18. v. 11. Ant. Matth. in not. hic*, & D. Cyprian. Regn. in *cons. Belg.* Sed perspicuus error est. Illic enim non comprivignorum ἀλλοτρίων, sed fratris & sororis consanguineus, id est ab eodem patre ex alia & secunda uxore suscepta prohibentur nuptiis, de qua conjunctione nihil dictum erat *vers. 9.* ubi prohibentur nuptiis sororis germanæ & uterinae duntaxat. Verba Mosis *d. v. 11.* sunt: Turpitudinem filie uxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & est soror tua non revelabit. In versione LXX. est, ἀλλοτρία ἀδελφῆς υἱοῦ σου. Sed error tamen non adeo perspicuus videtur. Cum enim in fontibus legatur *הוֹרַת הוֹרָתָא* participium activum, non passivum *הוֹרַת הוֹרָתָא*, vix potest textus aliter verti quam hoc modo: Non deteges turpitudinem filie uxoris patris tui, que peperit patri tuo tamquam sororem tuam. HEBR.

Licet habeant fratrem sororemve] Communi fratre aut sorore ex novo parentum matrimonio posita susceptis videri poterant arctius privigni conjungi, at tamen ne id quidem nuptias eorum impeditur *Paulin.* respondit, *1. generalis 34. §. 2. de rit. nup.*

TEXTUS.

De quasi privigna, quasi nuru, & quasi noverca.

9. Si uxor tua post divortium ex alio filiam procreavit hæc non est quidem privigna tua, sed Julianus ab hujusmodi nuptiis abstinere debere ait. Nam constat nec sponsam filii nurum esse, nec patris sponsam novercam esse: rectius tamen & jure facturos eos qui ab hujusmodi nuptiis abstinerint.

COMMENTARIUS.

- 1 Sponsalibus proprie non contrahi affinitatem.
- 2 Ex illegitima etiam conjunctione affinitatem nasci.

Superius dictum est privignam tibi loco filie esse eo quod mater tibi nupta est, nec posse te eam uxorem ducere licet morte matris aut alio modo rite solum sit matrimo-

nium. Queritur igitur, si uxor tua post divortium alteri nupsit & ex eo filiam procreaverit, an ne eam quidem uxorem ducere possit, Ratio dubitandi quia non est privigna tua uter pote genita postquam mater secundo nupsit, Nam, ut Festus scribit, *privignus inde dicitur* est quod prius genitus sit quam uxor secunda nuberet (Græcis ἀλλοτρίος) aut si rem maris quam notationem inspiciet, nulla tibi affinitate conjuncta unquam fuit, quoniam nondum nata erat cum matrem in matrimonio haberes. Sed ab hujusmodi nuptiis abstinendum esse recte placuit, *l. 12. §. 2. hoc tit.* ob consuetudinem quæ mihi cum matre fuit.

1. Nam constat nec sponsam filii] Nudis sponsalibus proprie non contrahitur affinitas sed nuptiis duntaxat. Sponsalia enim nihil aliud sunt quam mutua futurarum nuptiarum repositio, *l. 1. de sponsalib.* quam libere liceat infringere, *l. 6. cod. l. 1. C. de spons.* ac proinde, verbi causa, sponsa filii mei nurus mea non est, nec patris sponsa proprie noverca, *l. 12. de rit. nupt.* Quid est igitur quod Jurisconsulti respondent nomine affinitatis etiam futuros conjuges comprehendi? *ll. 6. & 8. de grad. & affin. ll. 3. & 4. de leg. Pomp. de parr. l. 13. §. 3. ad leg. Jul. de adult.* Nempe id minus proprie dici constat, & locum habere cum sponsalia adhuc durant & spes est fore ut matrimonium prope diem sequatur: solutis autem sponsalibus & spe nuptiarum penitus sublata nulla amplius intelligitur affinitas, de qua specie agitur hoc nostro *§. & d. l. 12.* ac solum honestatis causa nuptiæ inter personas enumeratas prohibentur; eoque pertinent, *l. semper 42. de rit. nupt. l. semper 197. de reg. jur.* Igitur quod non vetat lex hoc vetat fieri pudor. Argumentatur autem Justinianus à comparatione minorum. Et ita profecto est ut mihi multo minor sit cum sponsa filii mei necessitudo quam cum illa quasi privigna; quippe cujus matrem in matrimonio habui, ex qua forte & liberos qui illi fratres sunt suscepi. At sponsam filius meus nunquam attigit, ac fortassis ne vidit quidem; ut hic sola honestas causam prohibitionis præbeat, illic etiam corporum commixtio quæ præcipue in hoc negotio respicietur, & à Mose detectionis nomine honeste significatur.

2. De eo ambigitur, an etiam ex illegitima conjunctione contrahatur affinitas? Sed dicendum est contrahi. Nam si ex quovis coitu quemvis illegitimo nascitur cognatio, cur non etiam affinitas intelligatur? Sic certe à cognatione quæ ex contubernio servorum des-

descendit affinitatem servilem Paulus arguit, *l. 14. §. 3. hoc tit.* Neque ob aliam causam quam ob affinitatem prohibetur filius patris sui concubinam uxorem ducere, *l. 14. C. cod.* aut in concubinatu habere, *l. 1. §. 3. de concubin.* Quod autem Modestinus respondit, *l. 4. §. sciendum 8. de grad. & affin.* affinitatem nonnisi ex justis nuptiis oriri, de plena & perfecta affinitate intelligendum esse, vel ex eo liquet quod eodem loco scribit nec cognationem extra nuptias conjungi contra quam ipse definit *§. 2. ejusdem l. 4.* Atque ita sentiunt juris canonici Interpretes dum ex sponsalibus validis de futuro & ex concubitu illegitimo inducunt impedimenta dirimentia quæ vocant justitie publicæ honestatis.

TEXTUS.

De servili cognatione.

10. Illud certum est serviles quoque cognationes impedimento nuptiis esse, si forte pater & filia, aut frater & soror manumissi fuerint.

L. 1. tit. 5. Part. 4.

COMMENTARIUS.

SI ex quavis etiam illegitima consuetudine nascitur cognitio quæ nuptiis impedimento sit, *l. nuptiis 57. & seq. de rit. nupt.* consequens est etiam ex servorum conjunctione cognationem hujusmodi nasci, *l. 14. §. 2. cod.* Semper enim in contrahendis matrimoniis naturale jus & pudor inspicietur. Natura autem omnes homines æquales sunt; adeoque quod in cognationibus servilibus constitutum est, etiam in servilibus affinitatibus observatur, *d. l. 14. §. 3.*

Manumissi fuerint] Hoc enim ita accipiendum est quasi ante manumissionem patri filiam aut fratrem in contubernio habere liceat, sed ideo additum quia de nuptiis hic queritur, quas constat inter personas serviles non consistere de hoc jure. Plane quia servi ob conditionis vilitatem digni non habebantur quos lex observaret, ideo nec leges quibus poena incestus aut adulterii constituta est ad servos pertinere existimantur; ut proinde nec eadem severitate ob incestum aut violatum contubernium coercendi sint qua cives Romani & legum nexu juncti, *l. 6. ad leg. Jul. de adult. l. servi 32. l. que adulterium 29. C. cod.* Atque hoc est quod Paulus scribit *l. 10. Tom. I.*

§. 5. de grad. & affin. serviles cognationes ad leges non pertinere. Jure Pontificio etiam inter servos matrimonium esse, *c. 1. 2. de conjug. serv.*

TEXTUS.

De reliquis prohibitionibus.

11. Sant & alia persona que propter diversas rationes nuptias contrahere prohibentur, que in libris Digestorum seu Pandectarum ex jure veteri collectarum enumerari permittimus.

COMMENTARIUS.

Unt & alia persona] Quales sunt tutor vel curator libere eorum, qui cum pupilla vel adulta nuptias contrahere vetantur, ne videlicet eo pacto rationum redditio interveratur, *l. tutor 36. & seqq. l. senatusconsulto 59. & seq. de rit. nupt. l. 1. & passim C. de interd. matr. inter pup. & tut.* Item preses vel qui officium in provincia administrat provinciale uxorem ducere prohibetur, *l. si quis 38. l. qui in provincia 57. de rit. nupt. l. un. C. si quæ. præd. potest. Lege quoque Julia vetatur senator ducere libertinam, aut que ipsa cujusve pater artem ludicram fecerit, *l. lege Julia 44. de rit. nupt.* Quæ cum hodie non obtineant non est operæ pretium plenius persequi. Vid. Ritersh. lib. 1. diff. 10. num. 22. Zypacnt. Jur. Belg. de sponsal. præ. Groenew. de ill. abrog. ad tit. C. si quæ. præd. potest.*

TEXTUS.

De poenis injustarum nuptiarum.

12. Si aduerus ea que diximus aliqui coierint, nec vir nec uxor nec nuptiæ nec matrimonium nec dote intelligitur. Itaque si qui ex eo coitu nascuntur in potestate patris non sunt, sed tales sunt (quantum ad patriam potestatem pertinent) quales sunt illi quos mater vulgo concepit. Nam nec hi patrem incertus sit; unde solent spurii appellari *παῖδες τῆς ἐπιγῆς*, & ἀνόμοιοι, quasi coitu nec dote nec donationis exactiois locus sit. Quæ autem prohibita nuptias contrahunt, & alias poenas patiuntur que sacris constitutionibus continentur.

LL. 1. & 2. tit. 15. Part. 4.

NOTA.

1. Nec vir nec uxor] Sunt enim hæc *in iustitia*, iusti conjugii nomina. Poena igitur communis omnium iniustarum conjunctionum est quod ipso iure tales nullæ sunt; sic nec cetera consistent quæ contra leges sunt, l. 5. de legib. VINN. Sanctionem hanc ex lege Papia Poppæ esse pridem observant Moerli. observ. lib. 5. cap. 11. & Jacob. Gothofr. ad leg. Pap. Popp. cap. 4. Attamen hæc lex quamvis iniustas pronuntiaret nuptias contra leges contractas, easdem tamen non rescindebat. Hinc nec vir nec uxor quidem intelligebatur, sed tamen non divellabantur. Dos non intelligebatur, sed ea tamen non nisi nota muliere caduca fiebat. Ulpian. Frag. tit. 16. §. ult. Primum ergo oratione D. Marcicautum ut inter huiusmodi personas nec nuptie essent, l. 16. in princ. 42. §. 1. ff. de rit. nupt. §. 1. §. 1. de donat. int. vir. & uxor. Ex eo ergo tempore huiusmodi uxor ne retineri quidem poterat. HEIN.

Nec dot] Matrimonium quidem sine dote esse potest, ac dos esse non potest sine matrimonio, l. 3. ff. de jur. dot.

COMMENTARIUS.

NOTA.

Quæ hoc loco circa nuptias filiorumfam. in aliis Editionibus habentur Sanctæ Fidei Tribunalis auctoritate omnia sunt.

- 1 Extra nuptias quæsitos omnes quoad patriam potestatem pro vulgo conceptis & spiritui haberi.
- 2 Dotis aut donationis nomine ob iniustas nuptias data caduca fieri.
- 3 Prohibiturum nuptiarum pro varietate negotii & circumstantiarum varias esse poenas.

Quantum ad patriam potestatem] Comparatio eorum qui ex iniusto matrimonio nati sunt cum iis quos mater vulgo concepit quoad patriam potestatem, cujus solius rei gratia hic de nuptiis queritur; & neutri de hoc iure quoad hunc effectum patrem habere intelliguntur, quoniam nullo respectu eorum quæ sunt iuris civilis filii intelligitur nisi qui ex viro & uxore natus est, l. 6. de his qui sui vel alien. jur.

1. Cum & vir incertus sit] Hæc verba non obscure innuunt non tantum vulgo quæsitos incertum habere patrem, sed etiam eos qui sunt ex iniustis nuptiis procreati. Et vulgo quidem conceptos patrem demonstrare

non posse certum est. Unde Diogenes conspiciendus meretricis filium lapidem in turbam hocraticum conficiens *cave*, inquit, *ne patrem minimum conficiendum cave*, inquit, *ne patrem feriat*. At nati ex ea quæ cum uno tantum licet esse illicite rem habuit non videtur dici posse habere incertum patrem, quod & verum est. Sed tamen quantum ad patriam potestatem. Arinet (quod ideo etiam nominatim extempresit Justinianus hic) non modo vulgiva presit iustitiam habere non intelliguntur. Venere concepti patrem habere non intelliguntur, verum etiam omnes qui extra nuptias quæsitii sunt, licet patrem demonstrare possint, ex incerto tamen patre nati dicuntur & pro vulgo quæsitis spiritusque habentur, l. vulgo 23. de stat. bon. l. 3. C. solut. matr.

Hæc *non est*] Apud Theophilum est *quæ sit*, quod magis probum cum Wesemb. & Hocom. Aliam huius nominis rationem affert Plurarchus, in quest. Rom. 11. Scribit enim hanc appellationem inde natam esse quod Romani iisdem vocibus & prænomine *Spurius* & vulgo quæsitos designabant, nisi quod illud ita notabant SP. hos S. P. interposito puncto, tamquam *sint patre*. Atque hinc est quod *Wesemb.* & *Wesemb.* pro eo quod vulgo legitur *ἀπάτρως*, quæ sit *in patre filii*, substituerunt *quasi S. P. i. e. sine patre filii*, quomodo & Theophilus legitur videtur. VINN. Nescio an huc referenda sit elegans inscriptio apud Grut. p. ccccxxxv. 4. ubi C. MAMERCUS JANUARIUS dicitur SP. F. Non possunt hæc litteræ legi SPURII FILIUS ut visum est Scaligeri in indice, quia non erat vulgo quæsitus sed P. PACII JANUARI FILIUS NATURALIS ut ex ipsa inscriptione patet. Et concubinis vero nati spiritui non dicebantur, nec parentes hoc vocabulum adscripsissent filio in digitoque constituto, Adili, Prætorii & Quæstorii horum. Neque hæc litteræ legi possunt Spurii filius; pater enim naturalis dicebatur Publius, non Spurius. Consequens ergo est ut veteri more à Plurarcho observato vocetur S. P. FIL. id est sine patre filius. HEIN.

2. Nec dotis nec donationis] Quod dotis aut donationis propter nuptias ob iniustum conjugium datum est caducum fit, id est fisco vindicatur, l. 4. a. ubi. *incetas C. de inc. nupt. l. necesse §. 1. dot. §. 1. de rit. nupt. l. cum hic status §. 2. §. ult. de donat. inter vir. & uxor. præterquam si qui aut errore accitro, non affectato, neque ex levi causa concepti sunt, aut ætatis lubrico lapsi, d. l. 4. C. de incest. nupt.* In feminis etiam error juris excusatur, sed *positivi dumtaxat*, eoque referimus l. 1. C.

C. de cond. ob caus. dat. l. 7. C. de donat. inter vir. & uxor. l. 2. §. 2. de his qui non in indign. ad. Sic. in d. l. 4. Christin. volum. 1. decisi. 337. & volum. 3. decisi. 129. n. 6.

3. Et alias poenas] In magna delicti varietate variæ quoque poenæ constitui debuerunt. Plurimum enim refert an quis prohibitas nuptias contraxerit an iure civili dumtaxat: scriverit an ignoraverit: in factu erraverit an in iure: mas sit an femina: major an minor. Vid. l. ult. l. 4. l. 6. cum auth. seq. C. de inc. nupt. Nov. 12. l. unic. C. si quæ. præd. pot. quæ multam irrogat pecuniariam, infamiam l. pen. C. de interd. matrim. cum infamia poenam stupri l. 18. C. de adul. l. si adulterium §. 1. §. 2. & seq. cod. & ibi Bart. & DD. add. Gloss. & DD. ad hunc locum; Govar. de matrim. p. 2. c. 6. §. 8. Christin. volum. 3. decisi. 129. Damhoud. grat. crim. cap. 34.

TEXTUS.

De legitimatione.

13. Aliquando autem evenit ut liberi qui statim ut nati sunt in potestate parentum non sunt postea redigantur in potestatem patris, qualis est is qui dum naturalis fuerat postea curie datum potestati patris subijcitur, nec non is qui à matre libera procreatus cujus matrimonium minime legibus interdictum fuerat sed ad quam pater consuetudinem habuerat postea ex nostra constitutione dotalibus instrumentis compositis in potestatem patris efficitur. Quod & aliis liberis qui ex eodem matrimonio fuerint procreati similiter nostra constitutio præstat.

LL. I. tit. 13. & §. tit. 15. Part. 4.

NOTA.

A muliere libera] Id est ingenua, l. 10. C. d. tit. Idem tamen est si ex liberina vel ancilla, Nov. 18. c. ult. Nov. 89. c. 3. Cujac.

COMMENTARIUS.

- 1 Subiectum legitimacionis esse liberos naturales, nec tamen omnes qui ita appellantur aut appellari possunt.
- 2 An nepoti ex filio naturali per subsequentem matrem avi, defuncto patre avo fiat legitimus.
- 3 Legitimationem iure civili non procedere nisi

si intervenientibus instrumentis nuptialibus, secus iure canon. quod mores bodierni sequuntur.

4 De legitimatione per rescriptum Principis.

TRANSIT hic Imp. ad alterum modum constitucione patris potestatis, quæ legitimacio dicitur eo quod liberi extra nuptias suscepti hoc modo efficiuntur legitimi & patris potestati subijcuntur. Species legitimacionis tres sunt: nam aut per curiæ obligationem fit, aut per subsequentem matrimonium, aut denique per rescriptum Principis; quarum duæ priores hic tantum proponuntur, tertius enim modus est ex legibus Novellis. Sunt qui quartam specie[m] adijciunt, Gudel. lib. 1. de jur. noviss. cap. 16. Perex ad tit. Cod. de nat. lib. n. 16. nominationem filii in testamento alio instrumentum habente subscriptionem trium testium à patre factam, Nov. 117. cap. 2. unde auth. si quis C. de nat. lib. Sed ex probatio potestatis est matrimonii, & præsumtio pro liberis non quod facti sed quod nati sint legitimi, quam proprius modus legitimacionis. VINN. Hanc Vinnii sententiam confirmat l. 17. tit. 5. Part. 4. ubi hic modus legitimandi seu potius agnoscendi filios legitimos proponitur. ADDIT.

1. Qui dum naturalis] Subiectum legitimacionis sunt liberi naturales, non omnes tamen qui ita appellantur aut appellari possunt. Nam primum huc non pertinent liberi ex iusto matrimonio nati, qui & ipsi nobis naturales sunt & ita appellari solent quando adoptivis opponuntur, pr. & §. sed si 7. tit. seq. §. 2. inf. de her. que ab int. l. si pater 29. l. non potest 31. de adopt. Plerumque autem naturales liberi dicuntur qui non nati ex legitimo matrimonio, *tot. tit. C. de nat. lib. C. de nat. lib. C. de mat. lib.* Matrem differentia est. Matris omnes sunt naturales, etiam ex illicitis & incestis nuptiis procreati, etiam vulgo quæsitii qui & matris succedunt ex Senatus. Orficiano, §. pen. inf. de sen. Orf. Patri illi dumtaxat qui ex concubina suscepti, arg. huius §. DD. in l. pen. de concub. post. Gloss. *ibid.* Quod autem idem DD. requirunt ut mulier specie uxoris habeatur in domo, & negantque in hoc argumento patri naturalem esse qui foris suscepti sunt aut etiam domi non meliore conditione observat; adeoque apud nos quævis aliquid ditione non est concubina quam quævis aliquid que corporis sui potestatem alicui facit, teste D. Grotio 1. manud. 7. r. 1. Igitur qui ex statu pro aut alia conjunctione quam leges improbant nascuntur, patri hi naturales non sunt, sed

sed similes illis esse mater vulgo concepit, quos constat non esse subiectum legitimationis cum nec patrem demonstrare possint, §. *prae.* Quamvis inspecta rei veritate omnes qui ex nobis nati sunt, licet vulgo quirsiti, nobis sunt liberi naturales; atque in iis in quibus jus naturale inspicitur, ut in contrahendis nuptiis, pro talibus habeantur, l. 14. §. 1. de *rit. nupt.* VINN. Interpretum questiones circa naturales liberos l. 12. *Tanti* dixerunt, quia cautum est, tunc naturales liberos censendos esse cum vel conceptionis vel partus tempore iuste inter parentes nuptie contrahi poterant, modo parentes filium agnoscat, licet mulier nec in domo nec sola fuerit. **ADDIT.**

De natis ex concuberno servili nihil attinet dicere cum eorum nulla mentio fiat in hac materia. Melior tamen eorum conditio fuisse videtur quam natorum ex concubina, quia etiam jus succedendi illis datum est una cum liberis legitimis, *infra*, de *ver. cogn.* in *fin. pr.* Jure Canonico, ut supra dictum est, etiam inter servos matrimonium est. Nobis ut servitus incognita ita & servile consortium. Subiectum igitur legitimatationis sunt liberi ex concubina nati, quod & legitimis concubinarum permittitur, & ex eo nati certum patrem habent.

Postea curiae datur] Primus legitimandi modus est oblatio curiae. Curia in municipiis & coloniis illis erat quod Romae Senatus, & Decuriones qui Senatores, inde dicti quod ex iis qui in coloniam deducebantur decima pars Consilio publico sive Curiae adscribebatur, auctore Pomponio, l. *papillus* 239. §. *decuriones*, §. *de verb. sign.* In Imp. constitutionibus vulgo curiales appellantur. Causam hujus legitimatationis impulsivam fuisse Horum, scribit inopiam decurionum, atque onera quae hic ordini alioquin honorifico satis gravia incumbebant, quibusque mancipabantur ita ut ne ipsi nec eorum liberi inde eximi poterint nisi certis modis, vid. l. 3. §. 4. §. 9. *C. de natur. lib.* Naturalis quoque filia si curiali uxor a patre data esset jus filiam adipiscatur, d. l. 3. De hoc legitimandi modo laicus agit Justinianus Nov. 89. c. 2. §. *segg.* nobis incognitis est. VINN. Ita vulgo curiae dationem interpretantur ac si decuriones facti essent illi liberi naturales quos pater curiae obtulisset. Sed alii sunt curiales alii decuriones. Hi in dignitate vivebant, illi curiae erant obnoxii l. 55. *C. de decurion.* adeoque curiae serviebant, l. 50. *C. cod.* periculo suarum facultatum, l. 60. §. 64. *C. cod.* & hinc nec alienare poterat paternas facultates, l. 4. *C. de*

nat. lib. nec militiae adscribi, l. 27. *C. de decur.* nec conditionem propriam relinquere, *tot. tit. C. Theodos.* de *his qui condit. prop. relig.* lib. 12. *tit. 18.* quae conditio curialis etiam filios sequitur, l. 7. *C. Theodos.* de *decur.* lib. 12. *tit. 1.* quin & qui curialis filiam duxerat & heres non exstantibus liberis fuerat factus curiae mancipabatur, l. 124. *C. Theodos.* *cod.* Curiae itaque obnoxii fiebant illegitimi a patre oblari, non statim decuriones, quos a curialibus ipse Jac. Gothofredus in *paratitulis ad C. Theodos.* *tit. de decur.* non satis d'stingit, vid. *Merill. observ.* lib. 7. *cap. 26. p. 109.* HEIN. Patrio Hispanorum jure licet modus legitimandi per oblationem curiae statutus sit, l. 5. *tit. 5. Part. 4.* plura tamen de jure Romano in Partitarum corpus migrasse constat quae nunquam obtinuerant; cumque apud nos curiae deservire non onus sed honos habeatur: absurdum foret ut ea via legitimatus quereretur. Gregorius Lopez putat Monasticum habitum suae professionem Religiosam, de quibus l. 12. *tit. 6. Part. 1.* in oblatione curiae locum successisse; sed neque hic modus integram legitimatationem tribuit ut ex eadem lege apparet. **ADDIT.**

Nec non si qui ex muliere libera] Secundus legitimatationis modus est cum pater concubinam ex qua liberos naturales habet uxorem ducit. Nuptiarum quidem per se haec vis est ut liberi ex iis nati legitiimi sint & in potestate patris; sed ut ante nati nuptiis subsecutus legitiimi fiant, extrinsecus nuptiis accedit & beneficio legis est, cujus solius potestatem legitiimi censentur. Vid. de hoc originis paternae confirmandam modo, l. 10. *C. de natur. liber.* Nov. 89. c. 8.

2. *Cujus matrimonium minime interdictum*] Hoc ex eo necessario efficitur quod concubina uxor ducenda est. Satis est autem ut uxor esse possit licet ad tempus impediatur, veluti si Praeses provinciam in concubinaru habuerit & finita administratione provinciae cum uxorem ducat, *ult. de concub.* Nepotem etiam per subsequens avi matrimonium defuncto jam patre legitimum avo fieri censent Covar. de *matrim.* p. 2. c. 8. §. 2. n. 22. §. *segg.* Chassan. ad *consuet. Burgund.* *tit. de stecc.* rubr. 8. §. 5. n. 42. §. *segg.* Fachin. 3. *contr. 56.* D. Tulden. *comm. hic. c. 4.* §. *ad tit. C. de natur. lib.* n. 4. Quod ego non video quomodo procedere possit. Nam ut nepos & ipse naturalis est & legitimus efficit non potest nec patre quidem vivente nisi pater ipse suam concubinam uxorem duxerit; inaudium autem est filium naturalem succedere in locum patris

sui

sui & perinde legitimum fieri avo concubina unde pater natus est uxorem ducente, ut ipse filius fieret si viveret; aut natus est nepos ex justa filii uxore & legitima plane persona est, incognitaque jure nostro legitimatio ejus qui jam legitimus est ad solum effectum succedendi. Sed & filio defuncto sublatum est medium per quod matrimonii ab avo contracti effectus ad nepotem pertingat; falsum enim est quod praeponunt legitimatationis hujus hanc esse vim ut retrotrahatur tempus nuptiarum ad tempus natiuitatis. Nam si hoc verum esset necessario sequeretur filium ex concubina natum in jure primogeniturae praferri filio postea suscepto ex legitima uxore mortua ante nuptias cum concubina contractas, de quo Tiraquei. de *jur. primog. quest.* 34. Jo. Christen. *dit. 3. de matr. quest.* 23. item liberos etiam non consentientes legitimos fieri, contra Nov. 89. c. 11. Nihil in contrarium facit quod jus nepotem adoptare possit etiam filium non habeat, §. *licet 5. tit. seg.* Nam a diversis nulla illatio est; & omnino matrimonium cum concubina non potest legitimize liberos nisi ex ipsa concubina natos, quae & communior sententia est. Vide Gail. 2. *obs. 151. n. 9.* Val. Foster. *tri. de succ. ab int. lib. 1. quest. quib. cas. bi eff. cess.* Bachov. in *Treitl. vol. 1. disp. 2. thes. 7.* VINN. Sequitur vinolius Bachovium, sed utriusque argumentis jam satisfactum ab Ulr. Habero in *Prel. ad ff. lib. 1. tit. 7. §. 10.* HEIN.

3. *Dotalibus instrumentis*] Dotalia instrumenta hic accipere debemus instrumenta quaevis nuptialia etiam de dote danda nihil in eis cautum sitis alioqui sequeretur natos ex paupere concubina quae dotem dare non possit hoc modo legitimari non posse, quod per naturam durum est. Et Justinianus l. 10. *C. de natur. lib.* promissive hinc vocibus utitur, & alibi saepe haec instrumenta nuptialia *γυναικ. ευμβλια* vocat dumtaxat, §. 2. *infra. de hered. qua ab int. Nov. 74. pr.* Quod autem in omnibus iis locis in quibus de hac legitimatatione agitur horum instrumentorum perpetuo meminit, satis firmum argumentum est iis non intervenientibus liberis ante natos non fieri legitimos. Verum quidem est matrimonium solo consensu perfici; sed hic non tam quaeritur de matrimonio contrahendo ejusve contracti propria vi & potestate, quam de speciali effectu legitimatationis, quem matrimonium non ex se sed legis auctoritate habet, quae solemniter instrumentorum ad id desiderat: haud dubie ut liquido & perpetuo constare possit,

non tantum an ea quae cum cubina fuit maritali postea aff. & pro uxore habita sit, verum etiam an liberi, & quinam legitimi sint, quod instrumentum omnino inserendum, cum non alii quam qui volunt legitimum, Nov. 89. c. 11. Male igitur argumentatur Ant. Matth. *coll. Inst. 2. disp. 1. thes. 25.* Jure autem Canonum instrumenta nuptialia intervenire necesse non est, c. *tanta 6. 2. qui fit. rit. legit.* sicuti nec moribus nostris, D. Tulden. *comm. hic. c. 11.* Perez ad *tit. C. de natur. lib.* n. 8. Christin. vol. 1. *decis. 310. n. 11.* §. *seq.* Matrimonium etiam in articulo mortis cum concubina contractum liberos ex ea susceptos retro legitimos facit, d. *cap. tanta est vis 6. extr. qui lib. rit. legit.*

Quod & alii liberi qui postea] Vitiosa proculdubio haec lectio est. Quis enim dubitet eos liberos qui ex justis nuptiis procreati sunt legitimos esse? Quomobrem cum Horum, lego; *Quod etiam nulli alii liberi ex eodem matrimonio nati fuerint*, &c. de quo dubitari poterat propter constitutionem Justiniani in l. 10. *C. de nat. lib.* & dubitatum fuisse constat ex l. 11. *C. cod.* ubi haec contraria deciditur, add. §. 2. *infra. de her. qua ab int.* VINN. Nec Cujacii nec Hotomanii conjectura rem extricat. Eam expeditivam amplianus Corn. van Bynkersh. *obs. 2. 11.* rescribi jubens; quod ut alii liberi qui ex eodem matrimonio fuerint procreati similiter nostra constitutio praestet. Et ita hic §. plane congruit legi 10. *C. de natur. lib.* ad quam Justinianus hic respicit. HEIN.

4. *Tertium genus legitimatationis postea accessit*, nempe quae fit per rescriptum Principis. Per rescriptum Principis legitimantur liberi naturales ad supplicationem patris qui legitimum prolem non habet & concubinam uxorem vel non potest ducere, puta quia mortua sit ut se subducat, vel non honeste potest ob vices scilicet turpitudinem, §. 2. *infra. de hered. qua ab int. Nov. 74. cap. 2. Nov. 89. c. 9.* §. 10. vel ad supplicationem filii si pater cum herede non instituit, vel testamento dixerit desiderare se ut naturalis restituar, d. *cap. 10.* Potest sane Princeps ex plenitudine potestatis filium naturalem legitimum facere, etiam si pater legitimis liberis habeat aut matrimonium cum matre inter possit. Ceterum non intelligitur Princeps id velle facere nisi rescripto id nominatim comprehensum fuerit, Myns. 1. *obs. 31.* Gail. 2. *obs. 142. n. 8.* Perez ubi *supra* n. 12. Plane non rescinditur legitimatio senel concessa quanvis postea ex justo mari-

mo-

monio soboles patri agnascatur, D. Tulden, *ubi sup.*, n. 5. VINN. Hac legitimatio tantum in bonis legitimantis tribuit legitimario quantum liberis legitimis jus natura. Si tamen filii legitimi post legitimatorem nascantur, legitimari a successione excluduntur, præterquam si parentes quintam bonorum partem inter vi-

vos donaverint vel ex testamento legaverint; in ceteris vero rebus veluti in successione cognatorum, honoribus ac dignitatibus pari jure cum legitimis censentur, l. 12. *Tauri*. Ad majoratus tamen & feuda hac legitimatio non extenditur, auctore Molina de *primogeniti lib.* 3. c. 3. ubi late de hoc argumento disputat. ADD.

TITULUS XI.

DE ADOPTIONIBUS.

D. lib. 1. tit. 7. C. lib. 8. tit. 48. Et Part. 4. tit. 16.

1. Continuatio & summa tituli; tum quid sit adoptio & quam antiqua ejus origo.
2. Hæc adoptio ab usu recessisse.

1. **E**Xpositi sunt in superiori titulo duo priores modi constituendæ patrie potestatis, nuptiæ & legitimatio; sequitur nunc tertius, & adoptio. Adoptio est actus legitimus quo in jus & locum filiorum tam adsciscimus qui nobis extranei sunt in solatium eorum qui liberos non habent, (*παιδο τινος μαγαλειται εταδων*) inventas. Græcis vocabulo significantiore dicitur *θεωδοσια*. Genus est actus legitimus sive legis actio, l. 3. §. 4. hoc tit. l. 1. C. eod. que quid sit dicemus inferius §. 1. *hujus tit.* Sequentia differentiam continent qua hic actus a reliquis legis actionibus discernitur, quales sunt emancipatio manumissio & si que sunt similes. Postrema verba finem indicant quem etiam Theophilus expressit, & indicat Ulpian. l. 15. §. 2. hoc tit. itaque Cicero orat. *pro domo sua*. Tria autem fere sunt que hoc tit. tractantur. Primum dividitur adoptio in duas species que suis definitionibus explicantur, tum docetur qui adoptare adoptari-ve possint; postremo que sit vis utriusque adoptionis ostenditur.

Origo adoptionis antiquissima est. Non enim Romani solum verum etiam Græci in solatium orbatis filios sibi adsciscere solebant ut ex Ægænetico Isocratis & Plutarcho in *Tæteso* liquet. Apud Hebræos quoque & Assyrios atque Ægyptios in usu fuisse adoptionem testes sunt Joseph. 1. *antiq.* 15. Diod. Siculus 4. *Biblioth.* Moses à filia Pharaonis adoptatus tradit *Exod.* cap. 2. v. 10. Nec Franci olim nec Longobardi usum adoptionis ignorarunt, ut ex Paulo Diacono & Trithemio observav-

vit Gregor. Tholosanus lib. 10. *synagm.* cap. 6.

2. Ceterum hodie in hisce regionibus jure veteri adoptionis non utimur; nam adsciti à nobis non pro liberis sed pro alumniis sunt, hoc est eo loco quo sunt liberi alieni quos ut nostros enutrimus, quos quidem nihil prohibet etiam heredes insituere ut quemlibet extraneum, liberorum autem jure non censentur nec agnationis. Apparet hoc ex effectis; nam & nuptiæ inter has personas consistunt sicut cum alumna jure civili; l. 11. *qui 26. C. de nupt.* quo tamen jure neque filia patri adoptivo neque soror adoptiva fratri qui in ejusdem patrie potestate sit nubere potest, §. 1. & 2. *tit. præced.* Et necesse non est eas heredes insituere aut exheredare ut jure Romano liberis adoptivis, §. *adoptivi 4. infra. de exhered. lib.* Nec ad successionem ab intestato vocantur vel ut liberi vel ut agnati aut cognati. De moribus harum regionum testantur Grot. 1. *mand.* 6. Gudelin. 1. *de jur. nov.* 15. Christian. *vol. decis.* 187. De consuetudine Gallicæ Mansuet. *de probat. n. 34.* Tiraq. *tract. de retract. glor.* 8. §. 1. ubi tradit nec jus gentilitii retractus adoptatis competere, & Gregor. Tholos. *ubi sup.* Fallitur ergo D. Eguin. Baro dum ea que de adoptivis jure Romano constituta sunt adhuc valere debere ideo contendit quo nihil de iis comprehensum sit legibus Galorum propriis, constatque inter Pragmaticos, quod jure proprio defunctum non est jure communi hoc est Romanorum dirimi, quo etiam constitutiones Principum non identidem remittunt. Etenim non minus de eo inter homines Pragmaticos convenit, si quando Principes jubent jus Romanum sequi ubi propriæ leges deficiunt, id ita accipiendum esse ut locam dumtaxat habeat si jus Romanum

COMMENTARIUS.

1. Adrogationes olim non nisi auctore populo curiatis curiatis fieri solitas; & ideo mutato statu Reip. Principis auctoritatem in hoc actu necessariam fuisse.
2. Adoptio in specie apud quos ritu olim fuerit; & quomodo nunc fiat.

generali & manifesta desuetudine abrogatum non sit. Nam neque de servis quidquam cautum propriis plerumque regionum legibus reperimus; an ergo idcirco dicemus servitutem sibi tacite approbatam censeri? Quod ideo monere visum est ne quis in hujusmodi controversiis hoc argumento sibi imponi patiat. VINN. Licet ea que Justinianus in hoc titulo de adoptionibus tradidit transcrita sint in *tit. 16. Part. 4.* adoptiones tamen apud Hispanos non frequentati quotidianus usus demonstrat. Itaque quod de suis regionibus Vinnius docet id ad jus no suum merito retuleris. ADDIT.

TEXTUS.

Continuatio.

Non solum autem naturales liberi secundum ea que diximus in potestate nostra sunt, verum etiam ii quos adoptamus.

COMMENTARIUS.

Filiosfam. non solum natura verum etiam adoptiones faciunt, l. 1. *hoc tit.* Per naturales liberos hoc loco intelligi oportet eos qui sunt ex justis nuptiis procreati; ea enim perpetua est naturalium liberorum significatio cum, opponuntur adoptivis, utpote legitimis tantum & diverse ejusdem generis speciei, §. *ad ii 7. infra. eod. §. adoptivi 4. infra. de exhered. lib.* §. 2. *infra. de inoffic. test. l. non potest 31. hoc tit. l. 2. §. liberi 6. ad Senatusevent.* Tria. At cum naturales opponuntur legitimis in genere, qui legitimi non sunt significantur & naturales dumtaxat, §. *ult. tit. superior. tot. tit. C. de natur. lib.* quod & in voce parentis aut patris naturalis similiter observandum.

TEXTUS.

Divisio adoptionis.

1. Adoptio autem duobus modis fit, aut Principali rescripto aut imperio Magistratus. Imperatoris auctoritate adoptare quis potest eos earum que quæve sui juris sunt, que species adoptionis dicitur adrogatio. Imperio magistratus adoptamus eos earum que quæve in potestate parentum sunt, sive primum gradum liberorum obtineant qualis est filius filia, sive inferiorem qualis est nepos nepis pronepos proneptis.

Due sunt species adoptionis, quarum altera adrogatio dicitur, altera quia proprio caret, generis nomine adoptio appellatur, quod in jure nostro frequenter usu venit. Nam cum plura sint negotia quam vocabula, l. 4. *de præscr. verb.* sæpe fit ut verba que vi sua generalem significationem habent ex instituto loquentis certam speciem indicent, eam nimirum que proprio nomine desinitur, & qui fere tum species ejusdem generis que proprium nomen habet opponi aut apponi solet, ut observare licet in vocibus cognationis, servitutis, contractus, actionis & sexcentis aliis.

1. Adrogatio est adoptio eorum qui sunt sui juris facta auctoritate Principis. Duo igitur sunt hujus adoptionis propria, primum quod eorum tantum est qui sui juris sunt, alterum quod fieri debet auctoritate Principis. Cur vero Principis auctoritas in hoc actu necessaria? Nimirum quia antea populi fuit. Nam jure à majoribus prodito nemo qui sui juris erat in alienam potestatem transire poterat nisi populus auctor fieret. Comitibus præbebantur curiatis, arbitri erant Pontifices, formula hæc: *Velitis, jubeatis, Quiritibus, uti L. Valerius L. Titius tam jure legere filius sitis quam si ex eo patre matreque familia ejus natus esset; utique ei vitæ necisque in eo potestas sit, uti patri in dō filio est.* Gell. 5. cap. 19. Gruch. 3. *de comit. Rom.* 3. Porro rogabatur & qui adoptabat & qui adoptabatur, ille an vellet eum quem adoptaret sibi justum filium esse, hæc an id fieri pateretur; unde & adrogationem dictam esse scribit Cælius l. 2. *hoc tit.* Er haud dubie inde est quod adrogari non potuit nisi jam vesticeps; nam impubes, quem investem dicebant, auctor in eam rem propter ætatem fieri non poterat, neque tutoribus tanta erat potestas ut caput liberum fidei suæ commissum alienæ ditioni subicerent. Et quia cum feminis nulla comitorum communio erat, nec mulier adrogari poterat, Gell. d. loc. Cic. *pro dom.* Hæc inquam stante adhuc Republica, cuius statu mutato, quod jus populi fuit Principes usurparunt, ex quorum rescriptis & fe-